1297 apr. 4. nobiliter consummavit. Tandem idem Syfridus archiepisco-
pus boni certaminis cursu laudabiliter consummato fortis
athleta quasi b) servus fidelis in gaudium sui domini intra-
turus vocatus a domino moritur et c) et in ecclesia Bunnensi
sepelitur. Nam civitas coloniensis propter adversitates su-
pradictas tunc d) fuit ecclesiastico supposita interdicto. Scien-
dum preterea e), quod Heinricus imperator VIII. fuit filius
Heinrici f) comitis b) Lutzellinburgensis g) in dicto bello de Woriarch h)
interfecti. Cuius imperatoris Heinrici fuit filius egregius ille
Johannes rex Bohemie, cuius quidem regis Bohemie i) filius
fuit Carolus IV. Romanorum imperator.+

Wigboldus k) pontifex coloniensis LIV.

1297 mai. Quinquagesimus quartus successit in regimine pontificali Colo-
niensis ecclesie sedens sub Adolpho atque Alberto Romanis im-
Hist. imp. col. peratoribus l) annis 7 m) venerabilis presul Wigboldus, prius ma-
ioris ecclesie decanus, de natione nobilium de Holte oriundus.
Hic plus factione n) nobilium 52] quam electione canonica gradum
episcopalem ascendens in Nussia fuit electus, vir tamen tam
humana quam o) divina scientia sufficienter eruditus. Iste p)
1298 aug. 24. siquidem Albertum supradictum Aquisgrani unxit in regem et
tandem solempni curia principum atque nobilium per dictum
1298 nov. 16. regem q) apud Nurenberch r) convocata uxor dicti regis per

52] Clerus contra Col. 1297 mai. 30 pape Wicboldum concorditer electum esse narrat, v. Lac. Urk. IV, p. 812.

+ add. 4 et 7: Cuius quidem regis Bohemie filii fuerunt Carolus IV ~~(III. 7)~~ Romanorum imperator et Wenceslaus Brabancie dux; dictique Caroli imperatoris fuerunt filii Wenceslaus et Sigismundus, successive Romanorum et Bohemie reges et Johannes dux Lutzellenburgensis. Prefati vero Sigismundi ~~(Sygism. 7)~~ filiam unicam ex conthorali sua regina Ungarie ~~(Hung. 7)~~ genitam Albertus dux Austrie, post eius obitum meritis ~~(militibus 7)~~ suis exigentibus in Romanorum ac Ungarie et Bohemie regem successive electus, habuit in uxorem; ex quibus Ladislaus Ungarie et Bohemie rex modernus dinoscitur processisse. In cod. 2 in marg. circumciso inveniuntur sequentia: Colonie per revelationem que fuit...... in solacium datis una cum duabus sororibus suis scilicet Ema et Jutta et in monasterium scilicet sancte crucis prope Hoyum Leodiensis dyocesis translatum, quod clarus locus dicitur et caput ordinis existit. *Spectant ista ad translationem S. Ottiliae; cf. magn. chron. Belg. ed. Pistorius scr. rer. Germ. III, p. 290.

c) et deest 3. d) tunc deest 4. 4'. 4". e) preterea deest 4. f) Heinrici deest 1. g) de Lutzelenburg 3. Lutzellenburch 4. 4'. 4". h) Woringen 1. i) cuius filius 4'. 4". k) Wigeboldus 2. Wigilboldus 3. l) regibus 2. 3. m) septem annis 3. n) practica 6. o) tam 4. p) Idem 2. q) regem deest 1. 3. r) Nurembergh 1. Nuenberch 2. Nuenberg 3.